

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Confessio q
cum fonte primo

Indicia uere confessionis sunt
sicut unusquisque se peccatorem dicit
id de se dicenti alteri non contradicat.
Nam

non peccator sed iustus uideri appetit
cum peccatorem se quisque nullo arguente confitetur.

Superbie quippe uicium est
ut quod de se fateri quis sua sponte dignatur,
hoc sibi dici ab aliis dedignetur.

Bernardus de XII gradibus humilitatis.

Qua in re
indicia uerae confessionis sunt,
si cum quisque se peccatorem dicit,
id de se dicenti etiam alteri non contradicit.
Nam quia scriptum est:
Iustus in principio accusator est sui,
non magis peccator, sed iustus uideri appetit,
cum peccatorem se quisque nullo arguente confitetur,
sed confessionis ueritatem probat,
cum alter malum quod fecimus increpat.
Quod si superbe defendimus,
liquet quia peccatores nos ex nobis fecte dicebamus.
Vnde summopere curandum est
ut mala quae fecimus, et sponte fateamur,
et haec aliis arguentibus non negemus.
Superbiae quippe uicium est
ut quod de se fateri quisque quasi sua sponte dignatur,
hoc sibi dici ab aliis dedignetur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 22.15 (CCSL
143A, M. Adriaen ed., pp.1115-16, ll.84-95).